



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 40. Caroli VII. Alberti Imperatoris filiales literæ ad Benedictum XIV.
Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

§. II. pollicitus est Imperator Carolus VII., quod in caussis Religionis processus fieri nolit, sed eas juxta fundamentales Imperii leges decidi, & a regiminis sui auspiciis proposita & nondum sublata religionis gravamina tollere velit, idem vero *Et Catholicæ religioni addidit pollicetur.* Id etiam luculenter patet exconsecrationis ritibus & interrogationibus (ni eas omnino inanes, frivolas & ridiculas dixeris) quæ a tempore hominum memoriam ferme excedente aliis semper Imperatoribus fuerunt & sunt ad ad hanc usque diem propositæ, scilicet, *utrum sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam conservare & defendere ejusque Ministros protegere velit? Et an sanctissimo in Christo Patri ac Domino Romano Pontifici, & S. Romanæ Ecclesiæ decenter obtemperare velit?* ad quas interrogationes Imperator Catholicus (quod utique A catholicus serio non faceret) respondet: *Volo.* Ceterum quid Carolus VII. circa novas editiones librorum symbolicorum, Confessionis Augustanæ &c. pollicitus sit, jam supra retulimus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

Vid. T. 75.
p. 693.

§. XL.

*Caroli Alberti Imperatoris filiales litteræ ad Benedictum XIV.
Papam.*

Per

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

Peractis Cæsareæ electionis solemnitate
tibus Carolus Albertus Imperator
Augustissimus die duodecima Februarii
Francofordiæ in Templo S. Bartholomæi
ab Electore & Archiepiscopo Colonien-
si Clemente Augusto Cæsareæ suæ
Majestatis Fratre Germano con-
to ritu ac pompa unctus ac coronatus
fuit: octavo autem Martii die Maria
Amaliam Imperatricem idem Archie-
scopus Colonienfis iisdem ferme cer-
monis inauguravit. Accurrunt pro-
ne omnium Europæ Principum Legati
qui festiva gratulationis officia obse-
certant; Protestantes vero apud impe-
ratorem impensis precibus, amplissimis
pollicitationibus, & importunitate mini-
parum absimili instant, ut novos ad Lu-
theranæ Religionis augmentum favores
concederet. Ast religiosissimus Imperator
pro avito veræ fidei studio sceptrum
& regnum dimittere, quamvis
suum Catholicæ Religionis damnum
firmare maluit. Primas vero curas
intendit, ut supremo Ecclesiæ Capite
Benedicto XIV. summo Pontifici
sui obsequii homagium exsolveret.
propter illico ad eundem literas de
submissionis testes, & velut tuendæ
ligionis pignus dedit. Has summo
Pontifici Imperatoris nomine porrecte
rus Liber Baro de Scarlati Bavarice

Domus Orator ad alloquium admitti Sæc. XVIII.
 petit, quo obtento die vigesima prima A. C. 1742.
 Februarii Benedicto XIV. Caroli Alberti
 Electoris Bavari in Romanorum Impe-
 ratorem electi ac coronati nuntium una-
 cum præfatis literis detulit: sequenti
 vero die sacrum Purpuratorum Colle-
 gium, & demum die vigesima septima
 ejusdem Mensis ceteros Præsules ac
 Principes Romanos de hac electione
 certiores reddidit.

§. XLI.

*Benedicti XIV. Papæ oratio ad S.
 Collegium hac super re.*

Quanto gaudio, ac animi solatio festi-
 va hæc notitia paternum summi
 Pontificis pectus compleverit, luculen-
 ter inde patet, quod mox die vigesima
 octava Februarii solemne, ut vocant,
 Consistorium habuerit, totumque S. Col-
 legium omnesque Cardinales tantæ læ-
 titiæ participes facere voluerit. Eo
 fine ad eos hanc habuit orationem:

VENERABILES FRATRES!

„Postquam Electorale Collegium jam
 „a longo tempore Francofordiæ con-
 „gregatum post diuturnum non minus
 „ac turbulentum Interregnum tandem
 „Carolum Albertum Bavarix Ducem,
 „&